



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Hunoldi Plettenbergi[i] E Societate Jesu Introductio Ad Jus Canonicum**

**Plettenberg, Hunold**

**Hildesii, 1692**

Caput VII. Differentiæ in libro 2. occurrentes.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62983](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62983)



## CAPUT VII.

Differentiæ in Libro secundo  
Decretalium occurrentes.

## Tit. I.

## I.

**I**ure civili non delegantur, quæ causæ cognitionem & decreti positionem desiderant, quæque Judicis officio expediuntur. *l. Nec quicquam §. ubi decretum ff. de offic. Procons. Secus Jure Canonico. c. Ad hæc de offic. Archi. c. Episcopum. 10. q. 1.*

2. Jus civile permittit Judici sæculari cognoscere causam Clerico & Laico communem. *l. omnes qui ubique cum Auth. subj. C. de Episc. & Cler. Quod Jus Canonium non permittit. c. At si Clerici de Jud. & tot. Tit. de for. compet.*

3. Jure Canonico inquisitio est remedium ordinarium. *Abb. in rub. de Judic. Jure civili est extraordinarium. Bald. in l. 2. & l. Si maritus ff. de adult.*

4. Jure Canonico nec directè nec incidenter cognoscere potest Judex sæcularis de re spirituali. *c. Tuam de ord. cogn. c. Causam. c. Lator qui filii sint legi. Jure civili potest incidenter. l. quoties. C. de judic. l. Adite Præsidem C. de ordi. judi.*

5. Jus civile permittit, ut Judicis Ec-

Ec-



Ecclesiastici negligentiam in causis spiritualibus suppleat Judex Laicus. *Auth. ut Cler. apud propr. Jud.* Id vero non tolerat Jus Canonicum. *c. Qualiter & quando de Judic.*

6. Jure civili eligenda est una actio, quoties plures ex eodem delicto concurrunt. *l. Senatus ff. de accus. l. Qui servum alienum ff. de oblig. & act. l. Nemo §. quoties ff. de reg. jur.* Secus jure Canonico. *Abbas in. c. 2. Constitutus n. 2. & seq. De in integ. restit.*

7. Secundum leges potest Judex Laicus alium Judicem Laicum substituere in causa civili. *l. 1. & 2. de Jud.* Quod Canones non permittunt Clericis. *c. Si diligenti de fore compet.*

8. Jure civili Pater & Filius in Patria potestate constitutus lite contendere non possunt. *l. Lis nulla ff. de Jud.* Jure vero Canonico non videtur id prohibitum. *c. Qualis condemnatio 2. q. 7.*

9. Jure civili filius familias in nulla causa regulariter esse potest in judicio absque consensu Patris *l. 1. c. de bon. mater. l. cum non solum §. necessitatem c. de bonis quæ liberis.* Jure Canonico autem cum agitur de spiritualibus, etiam minor vigin-ti quinque annis absque consensu Patris in judicio esse potest. *c. Si annum de Jud. in 6.*

10. Jure



10. Jure Canonico non est necesse in libello exprimere nomen actionis. *c. Dilecti de jud. Secus jure civili l. 1. ff. de edendo, l. Edita C. eod.*

11. Jure civili, qui plures actiones in libello habet, unam eligere debet. *l. Non est novum ff. de act. empt.* Jure Canonico autem plures simul exhibere potest. *c. Querelam de Elect. c. Dilectus de Capell. Monach.*

12. Jure civili offerens se liti condemnatur, ac si possideret rem, quæ petitur *l. Is qui se obtulit 25. ff. de rei vind.* Secus jure canonico, *c. Ecclesia S. Mariae 3. ut lite pendente.*

13. Jure civili non valet citatio, nisi assignetur terminus *l. 2. ff. Si quis in jus vocatus non jert.* Jure Canonico vero aliquando valet. *c. Cum apparati de appell.*

14. Jure Canonico instantia judicii in causa <sup>primari</sup> principali non perit triennio vel biennio. *c. Venerabilis de jud.* Secus jure civili. *l. Properandum C. de Ind. l. 1. C. ut inter certum tempus causa.*

15. Jure Canonico multa per denuntiationem Evangelicam expediuntur, quæ secundum leges omni remedio destituta sunt. *c. Novit de Ind. c. Si peccaverit 2. q. 1.*



Tit. II.

16. Jus Canonicum indistinctè auferit Laicis potestatem de personis & rebus Ecclesiasticis disponendi; Contra Jus civile *Cod. de Sacros Eccl.*

17. Jurisdictio secundum leges civiles de persona in personam prorogari potest. *l. 1. ff. de jud.* Secundum Canones vero non prorogatur. *c. Significasti de foro competenti.*

18. Jure civili cuilibet licitum est pro defensione rerum suarum occidere alium, si aliter rem suam defendere non possit. *l. 4. ff. ad leg. aquil. l. Furem nocturn. ff. ad l. Cornel. de Sicariis.* At jure Canonico Clericis id prohibetur. *c. Suscepimus de homic. & ibi Glos.*

19. Jure Canonico conveniri possunt malefactores, raptores, & invasores rerum Ecclesiæ tanquam Sacrilegi coram Judice Ecclesiastico. *c. cum sit de for. cop.* At jure civili actor forum rei sequitur. *l. Juris ordinem. c. De jurisd. om. Jud. & l. seq. Nisi forte in eo casu. Auth. nulla commun. C. de Episc. & Cler.*

20. Jure civili qui contractum iniit à Judice civili illius loci, si ibi invenitur, citari potest, si autem non inveniat, mulctari, & omni remedio prætorio compelli, ut veniat. *l. Heres absens ff. de*

*ff. de*



*ff. de Iudiciis.* At jure Canonico Judex loci contractus solum pronunciare potest; Si alibi reus existat, eo mittendus est. *c. Dilecti. c. Licet de for. compet.*

21. Jure civili delinquens sortitur forum loci, in quo deliquit non obstante aliquo privilegio. *Auth. Quia in Provincia c. ubi de crim. agere oport.* At Jure Canonico minor sortitur quidem forum delicti, sed major, ut Archi-Episcopus in gravioribus à solo Papa judicatur. *c. 1. de Raptor.*

22. Qui pacem Religionis turbant in judicio politico seu seculari conveniri & puniri possunt secundum Ordinationem Imperii. *In comit. August.* Secus Jure Canonico *tot. Tit. de for. compet.*

Tit. V.

23. Ille, qui vocatur ad judicium Jure civili viginti dierum gaudet induciis, quibus deliberet, cedatnè an litiget. *Auth. offeratur c. de litis constet.* At jure Canonico arbitrariæ sunt induciæ deliberatoriæ. *c. Dilectus de Procur.*

Tit. VI.

24. Jure civili non potest procedi ad sententiam definitivam lite non contestata, nisi in causa appellationis *l. ult. §. illud c. de temp. appell.* At jure Canonico causæ matrimoniales de conservando  
ma-



matrimonio, & causæ electionum absq;  
litis contestatione tractantur. c. 1. & c.

*Quoniam, ut lit. non contest.*

Tit. VII.

25. Jure civili Abbas in causa Monasterii jurat de calumnia in animam suam l. 2. §. quod observari c. de jura propt. calum. Jure Canonico autem jurare debet in animam majoris partis Conventus. c. Praesentium de Testib. in 6. c. In pertractandis de juram. calum.

26. Jure Canonico in Spiritualibus causis non juratur de calumnia, sed de veritate dicenda. c. Literas de juram. calum. Jure civili autem in omnibus causis etiam Spiritualibus de calumnia juratur. l. 1. c. de jurej. propt. calum.

27. Præter juramentum veritatis & calumniæ reperitur etiam Jure Canonico juramentum malitiæ. c. 1. & 2. de juram. calum. in 6. Quod non reperitur jure civili toto Tit. ff. & c. de jurej. & juram. calum.

28. Alienatio fundi dotalis aut donatio propter nuptias cum juramento per Uxorem vel maritum facta, Jure Canonico valet. c. Cum contingat de jurejur. c. Licet mulieres eod. in 6. Secus jure civili. l. Non dubium c. de legib.

29. Dif-



29. Difficultas jurantis, & majora negotia jure Canonico excusant à reatu perjurii. *c. B. Paulus. 22. q. 2. c. Brevi de jure j.* Secus de jure civili. *l. 2. c. de reb. creditis & jurejur.*

30. Jure Canonico perjurus in judicio infamis est, & à testimonio ferendo excluditur. *c. Quicumque 6. q. 1. c. Parvuli 22. q. 5.* Jure civili solum DEUM habet ultorem, nec punitur in hoc sæculo. *l. 2. C. de reb. creditis & jurejur.*

## Tit. XII.

31. Jure Canonico Judex simul de possessorio & petitorio cognoscit & pronunciat. *c. 2. de caus. poss. propriet.* Jure civili autem prius de possessorio, quam proprietate agendum est. *l. Ordinarii C. de rei vind. l. Incerti C. de interd.*

## Tit. XIII.

32. Jure civili bona, quæ nullius sunt, cedunt occupanti. *Instit. de ver. divis. §. feræ igitur bestię §. Item lapilli.* At jure Canonico in locis ab hoste occupatis, vel nemini attributis, non licet Diocesan, vel jus Parochiæ constituere absque consensu Papæ. *c. cum causam de Testib.*

33. Jure civili non datur remedium recuperandæ possessionis, nisi adversus dejectorem, & qui vel mandavit, vel

vel



vel ratam habuit dejectionem. *l. cum ad  
te ff. de vi & deviam. & l. si vi end.* At jure  
Canonico latius patet adversus quem-  
cunque ad quem res illicitè pervenit. *c.  
Cum dilectus, de ord. cogn. c. Sape, de restit.  
Spol. & c. Redintegranda 3. q. 1.*

34. Jure Canonico Spoliato posses-  
sione Ecclesiæ vel Beneficii non obest in  
petenda restitutione exceptio tituli non  
legitimi. *c. In literis, de restit. Spol.* Secus  
jure civili. *l. 2. §. quædam ff. de interd. sive  
extrac. actio.*

25. Jure civili rigor locum habet.  
*l. Si quis. C. unde vi.* Jure Canonico vero  
æquitas. *c. Ad hæc. De dolo & contum.*

36. Qui proponit exceptionem per-  
emptoriam post fundatam intentionem  
Actoris, & in probatione illius deficit  
jure Canonico condemnatur Actori in  
expensas. *c. Finem litibus. De dolo & contum.*  
At jure civili condemnatio talis non fit,  
nisi in fine causæ, ubi victus victori in  
expensas condemnatur. *l. Properandum §.  
Sin autem C. de Judic.*

Tit. XV.

37. Missus in possessionem in actio-  
ne reali jure civili statim fit possessor.  
*l. Si quis emptionis §. Sed & si quis C. de præ-  
script. 30. vel 40. an.* At jure Canonico est  
custos tactum rei, & non verus pos-  
sessor,



essor, nisi post lapsum anni. *c. i. de eo qui mittitur in possess. c. fin. de offic. lud. ord. in 6.*

38. Jure Canonico propter absentiam rei, & aliis quibusdam casibus fit sequestratio. *c. Ex literis, de dolo & contum. c. Dilectus de sequest. possess. & fruct. Secus jure civili. l. un. C. de prob. sequest.*

Tit. XVIII.

39. Jure Canonico admittitur positio negativa, quæ probari non potest, si Judici æquum videatur. *c. Statuimus de Confessis in 6. l. Actor. C. de probat. At jure civili illa tantum quæ probabilia sunt, poni debent. l. 2. §. Quod observari. C. de juram. calum.*

Tit. XX.

40. Jure civili unus testis, nullus testis. *l. Jurisj. C. de Test. At jure Canonico aliquando creditur dicto unius testis. c. Parvulos, de Consec. dist. 4. c. Nemo de simonia.*

41. Jure Canonico testes non absolute cogendi, sed monendi sunt ad testimonium perhibendum. *c. Super eo, de test. cog. c. Ex parte de test. & attest. Jure civili vero coguntur. l. Si quando. l. Quoniam C. de Test.*

42. Jure Canonico senes & valetudinarii compelluntur testimonium ferre propter peccatum. *c. Si qui Testium, de Test.*

Secus



Secus est jure civili. *c. Si testes. 4. q. 2. & 3. l. 8. ff. de Test.*

43. Jure Canonico criminosi à testificando repelluntur, sive damnati sint, sive non, dummodo probetur crimen. *c. Super eo de Test. cog. c. Testimonium de Test. & attest.* At jure civili non repelluntur nisi damnati sint de crimine. *l. Athletas. §. Calumninator ff. his qui notant. inf.*

44. Jure Canonico mulier in causis criminalibus regulariter testis esse non potest. *c. Mulierem 33. q. 5. c. Forus §. fin. de verb. signif.* Secus jure civili. *l. Ex eo ff. de Test.*

45. Jure civili parentes & liberi adversum se nec volentes ad testimonium admittendi sunt. *l. Parentes. C. de Test.* Secus jure Canonico. *c. Si testes. 4. q. 3.*

46. Jure Canonico etiam in causis criminalibus criminaliter intentatis potest alteri committi examinatio testium, sicut in civilibus. *c. Si qui testium. 8. de Test. c. Quoniam, de probat.* Secus jure civili. *l. Judices & Auth. apud eloquentissimum c. de fid. instru.*

Tit. XXIV.

43. Jure Canonico non licet jurare per quaslibet creaturas, præterquam per membra DEI, *c. Si quis per capillum. 22. q. 1. l. Qui per salutem ff. de jure jur.*

E

48. Jure



48. Jure Canonico in criminalibus non defertur juramentum suppletorium probationis, sed reus auctore plene non probante absolvitur. *c. Tam literis, de test.* Jure civili defertur tale juramentum in criminalibus. *l. Bonæ fidei. l. 3. ff. de jurejur. Tit. XXV.*

49. Jure Canonico exceptio dilatoria excommunicationis in quacunque judicii parte opponi potest. *c. 12. de Except. c. Pia eod. in 6.* At jure civili non licet ullam exceptionem post litem contestetam proponere. *l. fin. c. de consortibus.*

## XXVI.

50. Jure civili malæ fidei possessor, postquam præscripsit, possidet. *l. Sicut in rem C. de præscr. 30. an. l. omnes eod.* At jure Canonico mala fides possessionem impedit, & præscriptionem. *c. fin. de præscript. c. Ius dictum, de verb. signif.*

51. Jure Canonico longa & longissima præscriptio non differunt, differunt tamen jure civili. *c. Dudum 31. de Dec. c. 1. de præsc. in 6. Auth. malæ fidei C. de præsc. longi temp.*

52. Jure civili Titulus & bona fides in præscriptione annorum 30. vel 40. non requiruntur. *l. Sicut in rem C. de præscr. 30. vel 40. an. & l. Omnes eodem.* At jure Canonico bona fides requiritur. *c. Si diligenti de præscript. & fin. eod.*

53. Ju-



53. Jure civili ad præscribendum bona fides ab initio tantum requiritur. *l. un. C. de usucap. transform.* At jure Canonico bona fides continuo est necessaria. *c. Quoniam omne. c. Vigilanti. c. Si diligenti. c. Veniens de præscrip.*

54. Interrupta semel per litis contestationem præscriptione, jure Canonico non procedit nova præscriptio. *c. fin. de præscrip. & R. Possessor malæ fid. de reg. jur. in. 6.* Secus est jure civili. *l. fin. C. de præscr. 30. vel 40. an.*

55. Lex 3. data à Zenone C. de quadrienn. præscr. jure civili locum habet etiam in rebus Ecclesiasticis; Non vero jure Canonico. *c. Expedit. & c. Videntes 12. q. 1.*

56. Jure Canonico præscribenti cum bona fide datur exceptio & actio. *Andre. in reg. possess.* Jure civili etiam malæ fidei possessori exceptio permittitur, & insuper actio contra furem aut violentum possessorem. *l. Si quis emptionis §. Sed hæc C. de præscr. 30. vel 40. an.*

57. Jure Canonico non currit præscriptio tempore Prælati malè alienantis. *c. Si Sacerdotes 16. q. 3.* At jure civili statim currit præscriptio post alienationem. *Auth. Quas actiones. C. de Sacros. Eccl.*

58. Omnia jura habentia causam continuam vel discontinuam jure Cano-



nico contra Ecclesiam præscribuntur spatio 40. annorum. *c. De quarta. c. Vigilanti de præscript.* At jure civili in juribus non habentibus causam continuam, vel quasi, requiritur tempus cujus initii non extat memoria. *l. 2. ff. de aqua pluvi. c. 1. de præscr. in 6.*

59. Jure civili crimina seu actiones criminales viginti annorum spatio præscribuntur. *l. Querela. C. ad leg. Corn. de fals.* Secus jure Canonico. *Abbas in c. Licet causam de prob.*

60. Postliminio reversis jure civili datur rescissoria intra quadriennium. *Instit. de actio §. Rursus.* Jure Canonico non datur, quia eo tempore non datur præscriptio. *c. Prima actione 16. q. 3.*

*Tit. XXVI.*

61. Jure Canonico sententia lata contra matrimonium nunquam transit in rem judicatam, imo comperta veritate semper retractatur. *c. Lator. c. Tenor. c. Consanguinei, de sent. & re judic.* Secus jure civili, *tota Tit. C. de execut. rei judic.*

62. Jure civili concipitur sententia in personam Procuratoris vel eum qui producit. *l. 1. C. de sent. & interloc. om. jud. l. Si Procurator. ff. de doli mali & met. except.* Secus Jure Canonico. *c. Licet de probat. c. Querelam de Elect.*



63. Jure civili cum Judices discordant plurium sententia valet. *l. Duo ex tribus 39. ff. de re judic.* At jure Canonico concors omnium sententia requiritur contra eum, qui est criminaliter damnatus. *Si quis Episcopus 6. q. 4.*

64. Jure civili latâ sententiâ, quæ in rem judicatam transit, nemo auditur adversus illam. *l. 1. C. sententiam rescind. non posse.* Jure Canonico autem auditur quis favore matrimonii templene probata fraude per juramentum & unum testem. *c. Ex literis de in integ. restit. c. Quisquis 4. q. 5.*

Tit. XXVIII.

Jure Canonico in notoriis non servato juris ordine proceditur. *c. Vestra de cohabit. Cler. & mul. c. Cum sit Romana de appell.* Jure civili ordo & præscriptæ solennitates servandæ sunt. *l. Prolatam C. de sent. & interloc. om. Jud. l. Absentem C. de accusat.*

66. Jure Canonico Judex ordinarius, ut suspectus recusari ex justa causa potest, *c. Secundo requiris 41. §. Tertio postulas de appell. c. Cum speciali 61. eod. c. Si quis contra Clericum de foro camp.* Sed jure civili associatur non recusatur. *l. Apertissimi, cum Auth. Si vero contigerit C. de Iud.*

67. Cum Judex delegatus recusatur



lege civili non est opus allegare causam suspicionis, nec probare *arg. l. Qui poterat ff. de Trebell.* At jure Canonico causa suspicionis coram arbitris proponenda & probanda est. *c. Suspicionis 39. de offic. deleg. c. Secundo requiris 41. de appell. c. Cum speciali 61. eod.*

68. Jus Canonicum revocationem sententiæ interlocutoriæ absolute & in omni casu, quo litigantes se gravatos existimant, indulget *c. Cum cessante de appell.* At jure civili interlocutoria, quæ præcipit aliquid dari vel restitui, vel non dari, non restitui, revocari non potest: Aliæ possunt revocari. *l. Ante sententiæ tempus C. quorum appell. non recip. l. 2. C. de Episc. aud.*

69. Jure Canonico appellare licet à quolibet gravamine. *c. Cum sit Romana. c. Bonæ memoriæ de appell.* Jure civili vero non nisi in certis causis & ipso jure expressis. *c. Pastoralis de appell.*

70. Jure Canonico omissio medio ad summum Pontificem appellare licet. *c. Dil. et filii 66 de appell. c. Si duobus eod.* Non vero jure civili appellari potest ad Principem omissio medio. *l. 1. ff. de appell. §. 3. l. Imperatores eod.*

71. Jure Canonico à sententiâ Episcopi appellari debet ad Metropolitanum vel Papam. *c. Duo simul, de offic. ord. c. Ad*

Roma-



Romanam. 2. q. 6. Jure civili vero appellare licet ad Judicem sæcularem. *Auth. Si quis litigantium C. de Episc. audient.*

72. Jure Canonico crimen confessus non potest appellare. *c. Cum speciali 61. de appell.* Jure civili vero requiritur, ut etiam sit convictus *l. observare, ubi Glos. C. Quorum appell. non recipiuntur.*

73. Jure Canonico appellatio non suspendit excommunicationem. *c. Præterea. c. Pastoralis de appell.* Jure civili vero suspendit, ut aliud quodcunque judicatum. *l. 1. ff. ad S. C. Turpi §. 11. l. fin. C. Si à non comp. Jud.*

## C A P U T V I I I.

### Differentiæ in Libro tertio Decretalium occurrentes.

#### Tit. X.

##### 1.

**I**N alienatione rerum immobilium Ecclesiæ alia solennitas jure Canonico, alia jure civili requiritur. *c. Sine exceptione 12. q. 2. Auth. Hoc jus porrectum. C. de sacr. Eccles.*

#### Tit. XVII.

2. Jure civili venditor præcise non tenetur dare rem venditam emptori, sed sufficit quod det interesse. *l. 1. ff. de act. emp.*

*emp.*